



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Tres mundi ætates complectens, ab Orbe Condito Usque ad annum mundi  
2940. ante Christum 1113. ad tempora Samuelis, Et Initium Regum  
Hebraeorum: usque ad annum 1009. Monarchiæ Assyriorum imperante  
Thinæo

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1695**

Ad. Dd. Sodales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65091)



AD DD. SODALES.

**B** *Reviarium* in Xenium datur, fortè quò brevius, eò charius. Videtur ad usum esse posse viris litteratis. Complectitur multa, sed pauca & ferè nihil explicat: non enim appellari vult fax historiarũ, quasi copiosè intellectum illustret; sed sufficit pro parva scintilla illã servire posse faci accendendæ aptã, undè vir eruditus rerum lectarum memoriam multitudine non rarò sopiri solitam resuscitet. Neque huic opusculo bellum moveat amicus lector, si anno subindè uno vel altero, in tempore designando aberret, imò si etiam à quibusdam historiographis plurium annorum intercapedine recedat;

in

in summa enim & implacabili  
 Chronologica Scriptorum discor-  
 dia inevitabiles errores libello  
 huic multum detrudere non pos-  
 sunt. Et quidquid contentionis  
 hinc oriri potest, in eo ad doctissi-  
 mi *Saliani* celeberrimas lucubra-  
 tiones, amplissimos annales Eccle-  
 siasticos Veteris Testamenti pro-  
 vocat, cujus ductu per 40. Sæcula,  
 & supra, usque ad Christum *Re-  
 gem Sæculorum* in terris natum  
 decurrit. Et quia anni unius Xe-  
 niolum tot sæcula adæquare non  
 potuit, veniam benevoli date, ut  
 per interruptas mundi ætates tan-  
 tisper in decursu quiescat, & illud,  
 quod viæ ac temporum restabit,  
 anno futuro conficiat. Vos inter-  
 rim DD. Sodales devotos Magnæ  
 Dei Matris Clientes ac filios Jesu  
 Christi gratia, & Marianus favor  
 benignè complectatur.     Æ.